DECISIONVM
ROTÆ LVCENSIS

DIVERSORVM AVDITORVM COLLECTARVM

PER

HIERONYMVM PALMA

NEPOTEM

I.C. ET PATRIC. LVCENSEM.

CVM ALIQVIBVS ADDITIONIBVS EIVSDEM; ET CVM PLVRIBVS MODERNIS DECISIONIBVS

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

ET ALIORVM SVPREMORVM TRIBVNALIVM ALIBI ADHVC NON IMPRESSIS.

LIBER TERTIVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVCÆ:
Typis Dominici Ciuffetti. M. DCC.

SVPERIORVM PERMISSV.

APPROBATIO

PRæclariſsimi nominis I. C. D. HYERONIMVS PALMA Nepos in hoc tertio Deciſionum Libro, vtpotè in Ternario etiam numero perfectionem adeptus eſt, vtinam non complementum, ſed potiùs incæptum colligendi, addendique opus feliciter proſequatur, proût omnes in foro verſantes maximoperè cupiunt. Has itaque pariter Deciſiones à me iuſsibus Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. IOSEPH ARNOLFINI Vicarij Generalis Capitularis obtemperando reuolutas, prælo proculdubio maximè dignas agnoui.

Octauius Sardi I. V. D., & Archidiaconus Cathedralis Lucenſis.

IM-

INDEX
ARGUMENTORUM SINGULARUM DECISIONUM
QUÆ IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR

ARGUMENTUM
DEC. CCI.*

Firmatur in hac deciſione, quod domus propria debet eſſe cuique tutiſſimum refugium, & quod Apotheca ſubtus domum ad hunc effectum venit appellatione domus. Dicta ſecuritas in propria domo, an procedat, quando quis eſt ad factum precisè obligatus, & cum diſtinctione reſoluitur articulus.

ARGUMENTUM.
DEC. CCII.

Agitur in hoc motiuo de relaxatione Carceratorũ, facienda in honorem Paſchatis Sanctiſſimi D. N. I. C. ad Tex. in l. 3. Cod. de Epiſcop. Aredient., & dicitur eam procedere in Carceratis ſiuè pro Criminali, ſiuè pro Ciuili præſtita tamen fideiuſſione de redeundo ad Carceres, in quantitate ab arbitrio Iudicis dependente.

Dicuntur multa circa vſum legis præſumendum, quando ea eſt inſerta in corpore Iuris, & quomodo debeat probari non vſus ad hoc ut releuet, & indè demonſtratur diſpoſitionem dicta l. 3. C. de Epiſcop. Aud. ferè vbiquè locorum eſſe in vſu.

Banniti noſtri Temporis cum qualitate, vt impunè offendi valeant, non amittunt beneficia Iuris Communis, ſed ſolum Statutorum ſuæ Patriæ.

DECISIONES ROTÆ LVCANÆ

DIVERSORVM AVDITORVM; COLLECTÆ PER HIERONYMVM PALMA NEPOTEM

I. C. ET PATRICIVM LVCENSEM;

LIBER TERTIVS

Cum aliquibus additionibus eiuſdem, & pluribus Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Domus propria debet eſſe unicuique tutiſſimum refugium.*

2 *Apotheca in hac materia venit appellatione domus.*

3 *Obligatus ad factum poteſt etiam in domo capi.*

Limita, & intellige ut nu. 4. & nu. 5. & nu. 7.

6 *Authoritas punctualis unius Doctoris, abſque contradictore plurimum facit.*

13 *Renunciatio Ieſuitæ nihil operatur in bonis, quæ eidem obueniunt poſt emiſſum quartum Votum.*

14 *Renunciatio hæreditatis futuræ habet tacitam conditionem, ſi renuncians ſuperuiuat ei, cuius hæreditati renunciatur, & ſic ei deferatur hæreditas.*

15 *Quod procedit etiamſi renuncians ciuiliter moriatur.*

ARGVMENTVM.

Ieſuitæ poſt quartum Votum ſunt incapaces ſucceſſionis tàm in fideicommiſſis, quàm in hæreditatibus, & nec minùs ſuccedere valet Societas ex eorum perſona, itaût purificato fideicommiſſo ad fauorem Ieſuitæ, qui fecit quartum Votum, ſuccedat ſubſtitutus, ac ſi Ieſuita naturalitèr mortuus eſſet.

INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI

FRANCISCVS SPELTA



DECIS. CCLXXXVIII.

REQVISITVS prò Veritate de meo Senſu ſuper Teſtamentaria diſpoſitione R.D. Alberti quondam D. Franciſci Speltę poſt attentam examinationem facti mihi tranſmiſſi, plures articulos mihi examinandos propoſui; Primus igitur eſt ân à conſecutione huius fideicommiſſi debeant cenſeri excluſi Regulares Profeſſi durante eorum Vita, etiamſi ageretur de Religionibus capacibus bonorum in Communi. Si enim iſta excluſio ſuſtineri poſſet res clara eſſet ad fauorem DD. fratrum de Fantonis, & ſuperflua eſſet aliorum articulorum diſputatio, & examen.

Verum in hoc puncto Sentio ad fauorem Religioſorum.

Expreſſa etenim excluſio in noſtro Teſtamento non legitur, & quo ad tacitam ex coniecturis deſumptam, quidquid ſit ân ſufficiat, cùm prò affirmati-
1 ua adſit *conſil. D. Altograd. ſen. 96. per tot. lib. 1. D. Auditor. Mazzonus in ſuo Voto deciſiuo poſt Obſeruat. D. Balducc. ad Ramon. dec.* 31. *vol.* 1. Contrarium autem Sentiſſe
2 ſe videtur *Rota in dec.* 135. *num.* 16. *par.* 7. *& dec.*